



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 87. Ingens Gallorum clades & Helvetiorum victoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Ticinum trajecit, ac ne in Gallorum co- Sæcul. XVI,
 pias impingeret, a regia, quæ Medio- A.C. 1513.
 lanum dicit, via ad lævam deflectens ur-
 bem ingressus est, moxque belli Sena-
 tum convocavit, in quo decretum, ut
 illico acri impetu in Gallos invehernetur,
 eoquod tam arcta tenerent castra, ut soli
 pedites pugnandi copiam haberent, pro-
 in supervacaneum esset, a Barone Alt-
 saxio auxilium præstolari. Ergo postera
 die sexta Junii præter quadringentos Sfor-
 tiæ equites Helvetiorum decem millia No-
 varra erumpunt, Gallosque in suis ca-
 stris adoriuntur, exercitu scite in duo
 agmina diviso, quorum unum sex arma-
 torum millibus validum tormentis, ac
 Germanorum peditibus opponeretur, al-
 terum vero e dextro cornu, ferme totum
 ex selectiori milite hastato compositum
 Gallos equites, si forte peditatui opem
 ferre vellent, protinus arceret.

§. LXXXVII.

*Ingens Gallorum clades, & Helve-
 tiorum victoria.*

Trimollius de itinere, atque hostium Bemb. l. 2.
 occursu edoctus, opportune adhuc epist. 1.
 exercitum suum in aciem collocabat. Jam Raynald. an.
 vero Helvetii oriente luce in primos Gal- 1513. n. 31.
 lorum ordines irruerant, hi tamen illo-
 rum impetum immoto pede sustinentes,

K k 2

tor-

Sæcul. XVI tormentis suis, multoque vulnere desu-
A.C. 1513. per infiſto Helveticam virtutem plecte-
bant, denſoque globorum imbre integros
hostium ordines, qui tamen illico novis
ſupplementis reficiebantur, continentि
cæde proſternebant. Dudum ancipiti di-
micatum prælio, & ſæpius fortuna
jam in hanc, jam in alteram nationem
inclinabat, neutri tamen victoriæ ſum-
mam cedebat. Tandem vero dum Hel-
vetii probe proſpexerant, quod ipſi,
licet Gallorum equitatus ob loci importu-
nitatem pugnandi copia deſtitueretur,
abs dubio tamen ſuperandi eſſent, hinc
poſt tertiam prælii horam tam ſtupenda
virtute, tantoque impetu in hostem eſ-
fundebantur, ut Germanos ſimul ac Gal-
los eo facilius dispergerent, quo minus
illi ob loci anguſtias ſeſe denuo colligere
poſſent.

Summa cædis aviditate, vixque un-
quam audita pugnandi pertinacia nonniſi
Gallici exercitus pedites dimicabant, ex
quibus Germani inveterato in Helvetios
odio accensi, ferme ſoli velut furiis acti
omnes hostium fuorum impetus ſuſtine-
bant, ac densiorem tormentorum tem-
peſtatem immoti excipiebant; his tamen
penitus cæſis victoriæ gloria penes Hel-
vetios ſtetiſt. In hac pugna cum Rober-
tus de Marca Fleurangium, & Gema-
censem duos filios fuos ætate Juvenes,
qui

qui germanis peditibus præerant, ex equis Sæcul. XVI.
 in terram prosterni cerneret, non modo, A.C. 1513.
 an filiis suis auxilium ferre posset, haud
 amplius considerabat, sed & imperii sibi
 a Duce suo dati immemor, ferocius quam
 cautius cum sua cataphractorum centuria
 usque ad prælii aciem penetravit, ac per
 medios Helvetiorum euneos quaquaver-
 sum lancea sua viam sibi aperuit, donec
 ad locum, ubi filii sui dimicabant, tan-
 dem perumperet, ubi Fleurangium equo
 suo, Gemacensem vero alteri, quem ipse
 habebat, imponens auffugit, atque elu-
 sa insequentium Helvetiorum solertia ad
 Gallorum equitatum pervenit, hocque
 pacto, quibus vitam dederat, eandem
 etiam conservavit. Varius est Scripto-
 rum calculus de utrinque cæsorum nu- Guicc. l. 11.
 mero. Si Guicciardino fides, in Helve-
 torum exercitu nonnisi mille quingenti
 desiderabantur, ex Gallis autem, eo te-
 ste, peditum decem millia fuere trucida-
 ta: Ast non hac sola falsitate Guicciar-
 dini historia scatet. Mariana scribit: Su- Marian. lib.
pra septem Gallorum millia ceciderunt, at- 30. n. 96.
 que in iis omnes Germani, Viri quoque no-
 bilitate, factisque clari, Coriolanus, Tri-
 vultius, atque Ludovicus Beaumontius.

*Memoires du
Marecha de
Fleuranges.*

*Memoires du
Bellai l. 4.*